



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

56. An suscipiens Eucharistiam in peccato mortali, & qui facit in Quadragesima confessionem invalidam committat duplex peccatum in confessione explicandum? Ex part. 3. tr. 4. res. 35.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

ant humanam; neque esse circumstantias ea lege prohibitas; sed ex natura rei resultare quod diffonet ratione, & quod censetur res satis impia, & ipso quod Ecclesia & fideles tunc colunt Christi passionem, ut in simili dicebamus supradicta, agentes de peccatis qui beldam in loco Sacro, etiam non essent prohibiti. speciali lege. Vidi que ea de re diximus *sup. a. n. 652.* sed praeferimus. 655. potius quidem Ecclesia tunc non colere passionem eo modo: Supposito vero quod colat eo modo, non potest apud prudentem estimationem non celeri res illa grauis irreverentia, sed hoc non est propriè loquendo contra aliquam diei passionem, que nulla est, iuxta dicta *viii. 725.* vbi assignauimus dispatitatem inter locum & tempus.

4. Hoc ipsum cernere licet in secundo exemplo eius, qui ab ipso altari, in quo celebravit, immmediatè iret ad fornicationem, quam meritò putat Cardinalis grauissimam irreverentiam, sed non video quod sit propriè irreverentia sanctitatis diei, sed quia ex natura rei prudenti estimatione videatur grauis irreverentia tanti sacrificij & sacramenti, itaque non sanctitatem aliquam diei violat, sed sacramento irreverentiam censetur inferre. Quod etiam satis declarat exemplum quod afferit de follicitante sacerdote penitentem ad turpia proximè post confessionem, quem sacerdotem cogit legitimus index abiurare, vel de vehementi, vel de leui (prout res, & circumstantiae postulant) propter lufpcionem, quam secum afferit eiusmodi Iesus, sed hoc non pertinet ad sanctitatem temporis, aut diei; sed ad honorem sacramenti, & ad praecaudendum damnum, quod pronenire posset, si eiusmodi malum impune serpat, solumque propinquitas aut similitudine temporis, (sicut etiam loci deputati ad confessionem, vel simulationis quā simulatus se audire confessionem) seruit ad notandum & suspicandam irreverentiam, vel minus sincera fidem sic peccantis absque vila irreverentia illata temporis aut loco tanquam rebus sacris, cum possit esse locus sine vila consecratione, sicut & tempus. Hucvsque Dicastillus.

5. Itaque vel secundum principia cardinalis Lugo, vel Dicastilli, dicendum est, si quis fornicaret statim post Eucharistiam sumptam debere in confessione hanc irreverentiam explicare. Et ita etiam prater doctores citatos tenet Martinus de San Joseph in *man. confess. tom. 1. lib. 1. tract. 14. de penit. n. 7.* vbi sic dicit: *No ay obligacion de confessar la circumstancia de que se cometio el pecado en dia de Fiesta, porque esto ni muda e specie, ni agrava notablemente dentro de la propia especie, porque en la fiesta no se prohbe la obra servile espiritual. Y lo mismo es quando se comete el pecado, aunque sea carnal, en Jueves, o Viernes Santo, o en el dia en que se confeso, o conlugo; salvo si en acabando de comulgar conosce carnalmente la amiga, o bizielle comedida el dia del Viernes Santo, que en casos semejantes se pecara gravissimamente contra la virtud de la Religion. Asilo siento. Ita ille.*

RESOL. LVI.

An suscipiens Eucharistiam in peccato mortali, & qui facit in Quadragesima confessionem invalidam, committat duplex peccatum in confessione explicandum?
Ex part. 3. tr. 4. Ref. 35.

*A*d hanc questionem respondet Petrus Fay de penit. in addit. ad. part. D. Norme, q. 4. art. 2. diff. unica, concl. 2. sic dubitabit aliquis, an su-

mens Eucharistiam in peccato mortali sine praevia confessione committat duplex peccatum mortale, vnum impenitentia contra preceptum confitendi ante communionem, aliud sacrilegij contra dignam susceptionem Eucharistie? Affirmant aliqui, & satis probabiliter propter violationem duplicitis specialis precepti, quæ contingit in casu positio: probabilius tamen opinor vnicum tantum esse sacrilegij contra dignam sacramenti susceptionem. Et ratio est, quia vbi est vnum propter aliud, ibi est vnum tantum: sed qui non praemittit confessionem ante sumptionem Eucharistie, ideo tantum peccat, qui per illius omissionem indigne sacramentum sumit, quod si sumere non deberet neutiquam confiteri teneretur, vt supponimus. Ita Fay, & ego hanc sententiam alibi etiam docui, & nouissime illam docet Turr. *de penitentia q. 6. art. 5. di. p. 2. 1. dub. 1.* Igitur cum duo precepta simul occurruint, & vnum obligat tantum ratione alterius; vt est in causa nostro, violatio utriusque est vnicum solum peccatum; ideo dicendum quod si quis omittat confessionem, quando necessaria est solum ratione Eucharistie suscipienda, non peccat contra preceptum affirmatum confessionis, sed contra preceptum suscipendi digna Eucharistie.

2. Ex his etiam sequitur, vt bene obseruat Fagundez *præc. 2. lib. 3. cap. 5. num. 8.* quod si tempore precepti Ecclesiastici in Quadragesima facit confessionem invalidam, peccat contra preceptum diuinum de integritate confessionis, & contra preceptum Ecclesiæ annualis confessionis, & tamen vnum tantum peccatum commitit; quia preceptum Ecclesiæ subordinatur precepto diuino; sic etiam qui occidit clericum, peccat contra ius diuinum contentum in *præcepto Decalogi*, & contra ius canonicum, & ius civile; & tamen vnum tantum peccatum homicidij, & sacrilegii commitit; quia ius civile & ius canonicum, in hac prohibitione subordinantur iuri naturali. Vide Henriquez *lib. 2. de penit. 6. 5. n. 6.* Medianam in *p. 2. q. 10. 9. art. 4. § tandem. concl. 3.* Sotom in *4. diff. 1. 8. q. 1. art. 4.* Cajetanum *p. 2. q. 7. 2. art. 6. ad 2.* & alios.

RESOL. LVII.

An qui in statu peccati mortalis, & non ieunus sumit Eucharistiam, peccet duplice peccato in confessione explicande?

Et de intervallo, quo infirmus post Viaticum communicare posse, agitur. Ex part. 4. tract. 4. & Misc. Ref. 195.

§. 1. *N*egativè respondeo; quia quamvis sumit illa ex duabus titulis sit peccatum in *tra. 3. lege mortale*, nempe & quia est transgressio illius precepti positivi de non sumendo Eucharistiam, nisi ieunus; & quia est transgressio precepti naturalis diuini non sumendi Eucharistiam in statu mortalis: nihilominus quia veterque iste titulus eodem modo opponitur Religioni, quia eodem modo est contra irreverentiam Sacramenti, ideo est idem specie peccatum; & etiam est idem numero, quia non est unde malitia numero multiplicetur, quia materia est eadem numero, & non respiciens diversa extrinsecus, immo nullum, quia est absoluta nullum extrinsecum respiciens. Et haec omnia docet in *sua tract. de sacram. disput. 9. diff. 1.* Gafpar Hurtado Theologus Societatis Iesu, quæ doctorum hominum in omni scientiarum genere merito emporium vocari potest. Verum hanc opinionem Hurtadi aliqui recentiores non admittunt, & praesertim inter illos nos P. D. Thomas de Afflito, vir doctissimus, nam licet utrumque peccatum opponatur

I i eidem

*supra in tr. 2.
Ref. 186. § 1.
& in tom. 2.
tr. 1 Ref. 149.
§. Nota etiā.*

*Alibi in Ref.
not. præteri-
te & signa-
ter in Ref. 2.*

*TION:
CRA
1811
III*